TIT. XXVI.
DE [1] CASTRENSIANIS [2] ET MINISTERIANIS.

Caſtrenſiani & Miniſteriani officio finito per lapſum biennii, alius ſubrogatur. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Narſi. V. Spectab. Comiti, & Caſtrenſi S. P.

IN [3] officio [4] Spectabilitatis tuæ ſecundum formam divalium reſponſorum poſt completum tempus præfinitum,id eſt biennium [5] prioribus decedentibus [6] inſequentes ad [7] locum pro merito laborum ſtipendiorumque ſuccedant: nec ulla licentia tribuatur his qui impletum depoſuerint officium [8] denuo ad eandem militiam, vel ſollicitudinem remeandi. Dat. 6. Id. Februar. CP. THEODOSIO A. VII. & qui fuerit nuntiatus.

2. Iidem AA. Scholaſtico V. C. Comiti & Caſtrenſi S. P.

SI [9] quis primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ formæ ſpecialiter inter ſtatutos gradum cœlitus valuerit impetrare: ſupernumerarius [10] ultimus formæ tertiæ in matriculis habeatur. Dat. prid. Id. Januar. CP. HONORIO XIII. & THEODOS. X. AA. CONSS. 424.

3. Impp. LEO & ANTH. AA. Joan. Comiti & Magiſt. offic.

HI, qui in ſchola [11] veſtis ſacræ militant, vel matres eorum, vel uxores criminalem, vel civilem litem contra ſe [commovendam [12]], in nullo alio niſi [13] in ſublimitatis tuæ ſuſcipiant examine.

Caſtrenſiani & Miniſteriani eorumque matres, uxores, & filii ſolum coram Magiſtro officiorum ſunt conveniendi.

4. Impp. LEO & ZENO Mariano Com. & Magiſt. offic.

ANte omnia nullius [14] penitus alterius judicis [15] minoris, vel majoris ſacro [16] miniſterio noſtro deputatos (quorum officia ſigillatim brevis [17] ſubter annexus continet) niſi a tuæ duntaxat Magnitudinis ſententiis conveniri, ut in nullo penitus alterius judicis foro pulſantium, niſi in tuæ tantummodo amplitudinis examine præbeant aliquando reſponſum. † Sed ne in hoc ipſo judicio enormibus moleſtentur diſpendiis, vel ex nudis conveniantur facile judicis cujuſcunque mandatis: ipſis quoque ſportulis & fidejuſſoribus modum conſtituimus obſervandum: ante omnia decernentes, ne quando ſine [18] ſcriptura vel interpellatione depoſita, ac ſententia prorogata tuæ Magnitudinis, eademque non edita, conveniri poſſint: conventos vero, non alium fidejuſſorem, niſi actuarium, vel unum ex Primatibus ſuæ ſcholæ Executoribus reſponſione ſuæ perſonæ ſine ſcripto præſtare: ſive per ſeipſos [19], ſive per Procuratorem datum in judicio reſponſuri ſunt: ſive [20] in cauſis civilibus appetantur, ſive in criminalibus accuſentur: nec ultra conventionis nomine ſportularum, quam unum aureum executoribus uſque ad finem litis præſtent, quemcunque contigerit conveniri. Inducendorum ſane, nomine, & cognitionum exercendarum, ſtanteque [21] perſonæ gratia, ex ſimplici poſtulatione contra eos habita, ſive ex appellatione ſubſecuta, vel alio quolibet modo in judicio deponatur, tribus tantummodo ſolidis uſque ad terminum negotii eos, qui accepturi ſunt, præcipimus ſemper eſſe contentos: in cognitionalibus [22] vero geſtis edendis, duos tantummodo præſtari ſolidos. §. 1. Hæc autem privilegia non in eorum tantummodo, ſed [23] in matrum quoque & uxorum perſonis valere, & ad integrum permanere: filiis quoque & maritis ejuſdem fidejuſſionis nomine, ſi neceſſitas interpellationis exegerit, tradi: nec alios vades [24] exigi: ipſoſque dum militant, & poſt emenſam militiam, cum his, qui ex tempore prioris præſtitæ ſibi pragmaticæ ſanctionis ejuſdem militiæ ſtipendia impleſſe noſcuntur, omnibus privilegiis perfrui (cunctis nihilominus capitulis, ſacris affatibus divæ recordationis Martiani, quos ſe meruiſſe adſerunt, valituris: excepto hoc quod in diverſis judiciis tunc reſpondere præcepti ſunt) hac ſanctione decernimus. §. 2. Advocato quoque fiſci, exceptoribus etiam [25], qui apud arbitros hoc utuntur officio, ab exordio incipiendo, uſque ad terminum finemque negotii tertiam duntaxat ſolidi partem præbituros. † In hujuſmodi autem arbitrorum geſtis edendis non [26] ultra præſtare, quam dimidiam ſolidi partem: & cum [27] per provincias conſtitutis [28] fidejuſſoribus [29] conventus caruerit [30], adjuratoriæ [31] tantummodo cautioni committi: nec ullo tempore, niſi ex tuæ duntaxat magnitudinis ſententia conveniri: exceptis tributariis [32], & munerum functionibus, & criminibus, quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legum præcepta conſtituunt, præſenti ſanctione decernimus: viro clariſſimo adjutore ſublimitatis tuæ in ſpeculis conſtituto, ne quid ex his, quæ ſtatuimus, aliqua ſubreptione violetur [33].

TIT. XXVII.
DE [34] DECANIS [35].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Helioni Com. & Mag. offic.

QUatuor [36], qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum pervenerint [37], biennii ſpatio primiceriatus gerant [38] officium, neque ulterius cuiquam liceat in hoc immorari, ut omni gratia, & ambitione ceſſante, poſt duorum annorum curricula ſuccedant prioribus ſubſequentes. Dat. prid. Non. Novembr. CP. THEODOSIO A. VII. & PALLADIO V. C. CONSS. 416.

Decani adhærentes famulatoribus Principis coram illuſtri Magiſtro officiorum ſunt conveniendi. Bart.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Nomo Mag. offic.

NOſtræ pietatis famulationibus [39] adhærentes decanos non oportet pro deſiderio pulſantium ad alia pertrahi [40] judicia: ſed Viri illuſtris tantum Magiſtri [41] officiorum obſervare examen. Hoc namque modo, neque manſuetudinis noſtræ obſequia decipiuntur: & agentibus adverſus eos jure adhibetur reſponſum: ad exemplum itaque devotiſſimorum ſcholarium nulli liceat memoratos ad aliud judicium trahere, & pulſatos priorum fidei ſcholæ permitti [42] præcipimus.

TIT. XXVIII.
DE [43] MENSORIBUS [44].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Æmiliano Mag. offic.

PRimicerius [45] menſorum biennio expleto Agentis in rebus militis [46] militiam ſortiatur. Dat. 10. Kalend. Auguſt. *Ancyræ*, STILICHONE, & ANTHEMIO CONSS. 405.

TIT. XXIX.
DE [47] PRIVILEGIIS EORUM, QUI IN SACRO PALATIO MILITANT.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Palatinis bene meritis S.

A[48] Palatinis, tam his, qui obſequiis noſtris inculpata officia præbuerunt, quam illis, qui in ſcriniis [49] noſtris, id eſt, memoriæ, epiſtolarum, libellorumque verſati ſunt: procul univerſas calumnias, ſive nominationes jubemus eſſe ſubmotas: idque beneficium ad filios eorum, atque nepotes ipſo ordine ſanguinis pervenire, atque immunes eos a cunctis muneribus ſordidis, & perſonalibus permanere, cum univerſis mobilibus, & mancipiis urbanis, nec injurias eis ab aliquibus inferri: ita ut, qui hoc contempſerit, indiſcreta dignitate pœnas debitas exolvat [50]. Dat. 4. Kal. Nov. *Treveris*, VOLUSIANO, & ANNIANO CONSS. 314.

2. Idem A. ad Rufinum P. P.

DE [51] cubiculis noſtris vacatione donatos, vel diverſis obſequiis [52] palatinis, memoriales etiam [53], qui in ſcriniis memoriæ, epiſtolarum, libellorum ſacrarumque diſpoſitionum referuntur: nec non, & ſi qui in utroque officio palatinorum comitatenſium, ſingularumve urbium, & officio admiſſionum, & caſtrenſi ſacri palatii militant: privilegia volumus habere, ut nec ipſi, nec filii, nec nepotes eorum ad honores, vel munera municipalia devocentur: quibus omnibus condonamus, ne [54] exactorum, vel turmariorum [55] (quos capitularios vocant) curam ſubeant, vel obſequium temonariorum [56], vel pentaprotiæ [57], aut etiam tyronis præſentationem [58], agnoſcant. Nam beneficiis noſtris ita digni ſunt, ut etiam cenſualibus, vel perſonalibus, vel corporalibus muneribus liberentur, & habeant caſtrenſe peculium, ſive adhuc palatium obſervent, ſive optata [59] quiete donati ſint. Quibus omnibus privilegiis conjungimus agentes in rebus, licet militaribus videantur eſſe ſubnixi. Dat. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

3. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

EX [60] aula noſtra diſcedentes viri, ab omnibus injunctis habeantur immunes: numerariorumque faſtus [61], vel rapaces quæſtus, tan-

1 *L. 6. Cod. Theod.* 32. Hoc numero fuerunt prægustatores, pincernæ, veſtitores, pædagia, ſeu pædagiani pueri. *Domeſtiques de la maiſon du Prince.* 2 *Magis Latine* (*inquit* Alc. *hic.*) *diceretur*, De caſtrenſibus miniſtris. *tu illum videto.* ſunt autem Caſtrenſiani miniſteriani aulici, qui ſacro miniſterio deputati ſunt: qui Caſtrenſes dicuntur in *inſcriptione hujus legis &c.* Tertull. *lib. de corona militis*, *Caſtrenſes miniſtri* Lampridio in *Alexand.* Cujac. *hic.* 3 *l. 1. Cod. Theod. h. t.* 4 Officium ſuum quoque habuit Caſtrenſis ſacri palatii. *Notit. imperii.* 5 Caſtrenſiani biennio militabant: poſt militiam deponebant & ſequentibus locum faciebant: nec rurſus ad eandem militiam reverti poterant. adde *l. 5. ℥. de palatinis. h. lib. tit.* 24. 6 Al. *Diſcedentibus.* adde *l. 7. ℥. de prox. ſacr. ſcrin. h. lib. tit.* 19. 7 Sequentes in locum. 8 *l. 1. C. Th. h. t.* Caſtrenſianorum varii gradus ſunt, alii primi, ſecundi, tertii. 9 Vide *l. 12. ℥. de adſeſſorib.* 10 Supernumerariis, Caſtrenſianorum alii ſupernumerarii, alii ſtatuti. adde *l. 7. ℥. de palatinis. h. lib. tit.* 24. 11 Schola veſtis ſacræ: miniſteriani veſtis ſacræ. 12 *Movendam*, al. *utrumque deeſt.* 13 Forum militantes in ſchola veſtis ſacræ ſortiuntur apud Magiſtrum officiorum. 14 Pactum ſeu conventio contra legem prohibitivam nullius eſt momenti. adde *l. 3. ſupr. ubi ſenatores.* 15 Forum ſortiuntur Caſtrenſiani omnes apud magiſtrum officiorum. 16 Caſtrenſiani principum miniſtri, ſacro miniſterio vacare dicuntur. 17 Brevis, id eſt, notitia. Hæc tamen notitia deſideratur hic. 18 *l. ult. ſupr. de pr. agentium in rebus h. lib. tit.* 22. Miniſteriani conveniri non poſſunt, niſi ex ſcripto. 19 Se ipſi. 20 Sportulas conventionis reus executori præſtat, quas tamen, ab actore repetiturus eſt. *l. ult. ſupr. de pr. agentium in rebus h. lib. tit. 22. l. ult. ſupr. de fructibus & litium expenſis. §. tripli. 24. Inſt. de act. Novell.* 112. *cap.* 2. Et male quidam ab actore pro conventione rei aliquid dari executori colligunt ex *Novell.* 86. *c.* 9. quæ de ſportulis Pedaneorum judicum loquitur, non executorum: male quoque ex *leg. ult. ſupr. de fructib. & litium expenſis*, quæ de reo tantum loquitur a ſportulis immuni, qui actorem eodem quoque jure uti pati debeat: ut ne denique ab actore poſſit petere eas ſportulas, a quibus ipſe ſit immunis. Male quoque ex *d. l. ult. ſupr. de pr. agentium in rebus h. lib. tit.* 22. quæ loquitur de ſumptibus litis & ſportulis executorum. Sumptus in litem facit utraque pars: ſportulas autem pro conventione dat ſolus reus: & ita poſt Placentinum videtur Cujacio *Novell.* 53. 21 Al. *praſtandaque.* 22 Cognitionibus. 23 Privilegia liberorum ad parentes: maritorum ad uxores eorum interdum extenduntur. *Novell.* 105. *c. 2. l. ult. ℥. de priv. ſcholarum. h. lib. tit.* 30. vide tamen *l. 1. ff. de ſenatorib.* 24 Vades, fidejuſſores. 25 Et qui. 26 Miniſteriani quas præſtent ſportulas. 27 Miniſteriani conventi, committuntur fidei actuarii, vel unius ex prioribus ejuſdem ſcholæ. 28 Conſtitutas. 29 Fidejuſſore. 30 Caverit. 31 Juratoria cautio alibi dicitur quæ hic adjuratoria. vide *l. in ſacris. 12. ſupr. de prox. ſacr. ſcrin. h. lib. tit. 19. adjutoriæ.* 32 Forum loci quiſque ſortitur, in quo crimen admiſit, vel tributum aut muneris functio præſtari debet, & breviter miniſteriani omnes conveniendi apud magiſtrum officiorum, exceptis tributariis & criminalibus cauſis. 33 *In quib. codd. notatur conſtitutionem Græcam deſiderari.*

34 *L. 6. C. Th.* 33. περὶ δεκανῶν *Synopſ. Baſil. l. 6. tit.* 34. 35 Decani dicebantur, qui decem militibus præerant, qui nunc caput contubernii vocantur. Alc. *hic.* Erant autem ex miniſterianis hi decani *l. 2. ℥. h. t.* 36 *Al.* incipit, Qui ex corpore, adde *l. 1. C. Th. h. t.* 37 Pervenerit. 38 Gerat. 39 Decani ex miniſterianis erant, *ut hic:* quod & confirmat notatio, & *l. 1. ℥. de diverſis officiis h. lib. tit.* 60. Ambroſ. 5. *epiſt.* 40 Protrahi. 41 Forum ſortiuntur decani apud magiſtrum officiorum. 42 Committi.

43 *L. 6. C. Theod.* 34. *l. 12. §. 2. ff. de re militari.* 44 Menſores ſunt, qui in caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hoſpitia in civitatibus præſtant. hi etiam metatores dicuntur, Galli *fouriers.* 45 *l. 1. Cod. Theod. h. t.* 46 Ultimi.

47 *L. 6. C. Th.* 35. ὅτε πρατικῶνται οἱ ἐν τῷ παλατίῳ ϛρατευόμενοι τῶν ἐν ἐπαρχίαις ἀρξάντων. *Syn. Baſil.* 9. *tit.* 34. 48 *l. 1. C. Th. h. t.* vide *l. 1. ℥. de palatinis ſacrarum largitionum. h. lib. tit.* 24. 49 Scrinia memoriæ, Epiſtolarum, libellorum. vide *l. 4. ℥. de prox. ſacror. ſcrin. h. lib. tit.* 19. 50 Exigatur. 51 *l. 3. C. Theod. h. t.* 52 Vide *l. 1. ℥. de palatinis ſacrarum largit. h. lib. tit.* 24. 53 Vide *l. 4. ſupr. de proxim. ſacrorum ſcrin. h. lib. tit.* 19. 54 Nec. 55 Summariorum. al. *carmariorum.* male, ſunt autem *turmarii* a turmis tyronum cogendis dicti. 56 Telonariorum forte. vide Alc. *hic.* 57 Pentaprotia ſignificat quinque primorum munus, quos alibi conſtitutiones quinque ſummates vocant, ſed Cujac. legit, *prototypia*, ut in *C. Theod.* quem hic vide. 58 Præſtationem. 59 Adoptata. 60 *l. 11. C. Th. h. t.* id eſt, ex palatio. vide *l. 1. ℥. de palatinis ſacrarum largit. h. lib. tit.* 24. 61 Sunt, qui emendant, *hauſtus vel paſtus*, ſed recta eſt excuſa lectio.

quam experientes, & idonei non patiantur. Dat. 3. Non. Februar. CP. EUCHERIO & SYAGRIO VV. CC. CONSS. 381.

Qui miſſionem meruerit ab officio, quod in Palatio Principis exercebat, anteferri debet omnibus aliis, qui poſt ad regendas dignitates, vel provincias ſunt adſumpti. Bart.

4. Iidem VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Piniano P. U.

OMnes [1] qui in palatio militando, diverſis actibus paruerint, volumus [in] tantum ejus dignitatis, cujus meruerint miſſionem, obtinere inſignia, ut his omnibus præferantur in ordine, atque conſeſſu, qui poſteriori tempore regendas Provincias, dignitateſque ſuſceperint palatinas. Si quis autem temeraria [2] uſurpatione ſtatuta violare tentaverit, ſacrilegii pœnam [3] ſuſtineat. Dat. prid. Non. Jul. *Mediol.* Acc. 4. Kalend. Septembr. HONORIO NB. P. [4] & EVODIO CONSS. 386.

TIT. XXX.
DE PRIVILEGIIS SCHOLARUM [5].

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & VALENT. AAA. Pleitio Com. & Mag. Offic. [6].

VIris [7] ſpectabilibus Comitibus ſcholarum, verberandi [8] degradandive [9] Senatores, ac Ducenarios, licentiam denegamus: ea namque, quæ tali commotione digna ſunt, ad tuæ ſublimitatis volumus referri notitiam. Inſuper etiam domeſticos eorum, non Senatores, vel Ducenarios, Centenarioſve fieri decernimus: pœna v. librarum auri plectendo, quiſquis hanc divinam juſſionem exceſſerit: ſcrinio vero barbarorum [10], ſi tale quid, vel attentari paſſum fuerit, vel attentatum contra leges non ſuggeſſerit, decem librarum auri condemnatione plectendo. Illud etiam obſervari, non ſine ratione convenit, ne is, cui domeſtici officium per militiæ gradum, vel quinquennii tempus interdici cenſuimus, familiaritate comitis ſimulata, rem prohibitam alio nomine valeat uſurpare. Dat. 16. Kalend. April. CP. CYRO CONS. 441.

2. Impp. LEO, & ZENO AA. Euſebio Mag. offic.

HAc lege decernimus, ut qui in ſingulis ſcholis militant, quique poſt emenſa ſtipendiorum curricula ad Primiceriorum gradum perveniunt, & adorata noſtræ divinitatis purpura, Virorum Clariſſimorum Comitum meruerint [11] dignitatem: tam cingulo, quam privilegiis omnibus, ſibimet competentibus perfruantur [12]: ac deinceps uſque ad finem vitæ foro tuæ celſitudinis tantummodo ſubjaceant: nec ex alterius cujuslibet ſententia civile ſubire litigium compellantur. In criminalibus ſane controverſiis, & in publicis tributis ita etiam [13] adverſus tales viros provincias moderantium congruam juriſdictionem volumus obſervari, ne ſub prætextu conceſſi privilegii, vel flagitiorum creſcat auctoritas, vel publica vacillet utilitas.

3. Imp. ZENO [14] A. * Mag. Offic.

QUoties ſuper cauſa civili, vel etiam criminali, ex ſententia videlicet judicii tui culminis ſcholares, vel eorum conjuges (ſive adhuc viverent earum mariti, ſive poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ ſunt) matreſve eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non ſpecialiter alterius judicis juriſdictioni ſubjectam conditionem ſortiti ſunt, & ſervi ad eos pertinentes conveniuntur: minime eos [15] eaſve extranei [16] fidejuſſoris [17] exactione vexari: ſed pro conſuetudine vetuſtiſſima, & jugiter obſervata, numerarium ſuæ ſcholæ fidejuſſorem præbere jubemus: hoc videlicet obſervando, ut [18] in criminalibus cauſis quinque alios Primates [19] ex triginta Viris a Primicerio uſque ad triginta retro numerandis, una cum numerario [20], volente ſcilicet & non recuſante, præbeant fidejuſſores: aut recuſantibus quinque (ſicut dictum eſt) viris extraneis, in criminibus tantummodo publicis fidejuſſor una cum numerario [his] præbeatur: ita ut executoribus non amplius ab his quam unus ſolidus, ſive per ſe, ſive per Procuratorem reſpondere maluerint, præbeatur. §. 1. In ſubeundis autem cognitionalibus certaminibus quotiens cauſa fuerit arbitro delegata: pro conteſtatione litis unum ſolidum, & pro definitione ab arbitro recitanda alterum unum, & nihil amplius dari decernimus. §. 2. Quod ſi cauſa in judicio tui culminis ab ipſa conteſtatione litis, vel relatione judicis, aut appellatione interpoſita ventilatur: pro inducenda cognitione non amplius quam tres ſolidos, & chartarum, vel recitandorum in cognitionibus inſtrumentorum, nomine editionis, quin etiam geſtorum, duos tantummodo ſolidos dabunt. §. 3. Quotiens ſane apud viros Clariſſimos Provinciarum Moderatores, ex delegatione ſcilicet ſententiæ tuæ Magnitudinis contra Viros Fortiſſimos Scholares, vel eorum conjuges, [vel] liberos, vel ſervos cognitio celebretur: non amplius quam dimidiam partem conſuetorum ſumptuum præberi decernimus: hoc etiam adjiciendo, ut qui acceptis commeatibus ad provincias profecti fuerint, uſque ad quinque [21] menſium ſpatium, intra quod ipſis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem ſuper civili videlicet negotio (exceptis criminibus & tributariis functionibus) ſuſtineant. Ne tamen ibi quoque, poſt quintum ſcilicet commeatus menſem, ex ſententia judicii tuæ Magnitudinis conventi, in exigendis fidejuſſoribus aliquod ſentiant detrimentum: adjuratoriæ [22] eos cautioni jubemus committi. §. 4. Quotiens autem ex verbis, & ſine ulla ſcriptis prolata ſententia, iidem fortiſſimi Scholares, vel [23] eorum matres ſeu conjuges (ut dictum eſt) aut liberi, aut ſervi moneantur: nihil [pro [24]] ipſa executione ſportularum nomine penitus eos, vel eorum matres, ſeu conjuges, aut liberos (ſecundum ſuperius datam diſtinctionem) vel ſervos præbere decernimus. Sed ſi talis ſit negotii vilitas, ut [25] etiam ſine ſcriptis, conſentientibus videlicet partibus, ſuper eo poſſit cognoſci: expectato ſine ſcriptis (ſicut dictum eſt) habendæ cognitionis eventu, ſi deteriorem calculum reportaverint, ſportularum nomine unum tantummodo ſolidum executori præſtabunt. Si vero cauſæ qualitas habendam in ſcriptis cognitionem flagitaverit, in hoc neceſſe eſt caſu interlocutione in ſcriptis proferenda, ea quæ ſuperius de quantitate ſportularum [decidendarumque] cognitionum diſpoſita ſunt, obſervari.

TIT. XXXI.
DE CASTRENSI OMNIUM PALATINORUM PECULIO.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Severum P. U.

OMnes [26] Palatinos, quos edicti noſtri jamdudum certa privilegia ſuperfundunt, rem ſi quam, dum in Palatio noſtro morantur, vel parſimonia propria quæſierint, vel donis noſtris fuerint conſecuti: ut caſtrenſe peculium habere præcipimus. Quid enim tam ex caſtris eſt, quam quod nobis conſciis, ac prope ſub conſpectibus noſtris acquiritur? Sed nec alieni ſunt a pulvere, & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur, qui præſto ſunt ſemper actibus [27]: quos intentos, & eruditos [28] ſtudiis, itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. Ideoque Palatini noſtri, qui privilegiis edicti uti potuerunt, peculia ſua præcipua retineant, quæ dum in palatio noſtro conſtituti ſunt, aut labore (ut dictum eſt) proprio, aut donatione noſtra quæſierint. PP. 10. Kalend. Jun. CONSTANTINO A. VI. & CONSTANTIO C. CONSS. 321.

TIT. XXXII.
DE [29] EQUESTRI DIGNITATE.

1. Imp. VALENTINIANUS A. ad Mamertinum P. P.

EQuites [30] Romanos ſecundum gradum poſt Clariſſimatus dignitatem obtinere jubemus. Dat. prid. Kal. Novembr. *Philippopoli*, Divo JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

TIT. XXXIII.
DE [31] PERFECTISSIMATUS DIGNITATE.

1. Imp. JUSTINIANUS [32] A. ad Paternum Valerianum.

COdicillis [33] Perfectiſſimatus [34] fruentur, qui impetraverunt, ſi abhorreant a conditione ſervili, vel fiſco, aut curiæ obnoxii non ſint, vel ſi piſtores non fuerint, vel non in aliquo negotio conſtiterint, nec ſibi honorem venali ſuffragio emerint, nec rem alicujus adminiſtraverint.

TIT. XXXIV.
QUI [35] MILITARE POSSUNT, VEL NON POSSUNT: ET DE SERVIS [36] AD MILITIAM, VEL DIGNITATEM ADSPIRANTIBUS: ET UT NEMO DUPLICI MILITIA, VEL DIGNITATE ET MILITIA [SIMUL] UTATUR.

Quibus militaturus ſe offerre debet. 1. *De his, qui litis cauſa nomen militiæ dederunt.*

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antonio.

SI militiæ nomen dare vultis, offerte vos his, qui probandi jus habent. §. 1. Non autem ignoratis eos, qui litis [37] cauſa militiam appetierint, poſtulantibus adverſariis ſolvi ſacramento ſolere.

De his, qui militiæ nomen dant in fraudem civilium munerum.

2. Impp. [38] DIOCLET. & MAXIM. AA.

NOn tantum decurionum filiis, ſed omnibus in fraudem [39] civilium munerum nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodeſſe diſplicuit.

1 *l. 13. C. Th. h. t.* 2 *l. 1. ſupr. ut dignitatum ordo ſervetur. h. l. tit.* 8. 3 Al. *pœna.* 4 Id eſt, nobiliſſimo puero, *quo deſignabatur imperii ſucceſſor*, olim Princeps juventutis dictus. Cujac. *hic.* Anſ.

5 *Scholares* hic intellige militantes in ſacro palatio. Alciat. *hic.* 6 *Al.* Impp. Theodoſius & Valentinianus Florentio Magiſtro officiorum. 7 Conjunge *cum l. 3. ſupr. de off. mag. off.* 8 *l. 3. in fin. ſupr. de off. magiſt. off.* 9 Degradatio & regradatio ſit quoque ſenatorum: ut & Epiſcoporum. Nov. Eodem regradandi verbo lex utitur in *l. 3. ſupr. de domeſticis & protectorib. h. l. tit.* 17. Hieronym. *ad Pammachium. & in Chronicis, Solinus, l. 2. in fin. C. Theod. de curſu publico, l. 3. ℥. de offic. Magiſt. offic.* Eſt vero Græcis regradatio καταβιβασμός. 10 Al. *Barbaricariorum.* ut & in *l. 7. in fin. ſupr. de palat. ſacrarum largit. h. l. tit.* 24. al. *Barbariorum.* 11 Meruerit. 12 Perfiniatur. 13 Et adverſus. 14 Al. *Anaſtaſius.* 15 Eos ex aſſueta. 16 Extranea. 17 Fidejuſſionis. 18 Scholaſtici dant fidejuſſorem numerarium, ſive actuarium ſcholæ: in criminalibus triginta primates ſcholæ ſuæ. 19 Primates ſcholæ triginta. 20 Numerarius hic vocatur actuarius. *Novell.* 117. *cap.* 11. 21 Scholares (ii milites ſunt) quibus commeatus datus eſt, intra menſes quinque civiliter conveniri non poſſunt. 22 Juratoriæ: Juratoria ſeu adjutoria cautio. vide *l. 12. ſupr. de prox. ſacrorum ſcrinior. h. l. tit.* 19. 23 Privilegia liberorum & maritorum extenduntur ſæpe ad matres & uxores. vide *l. 4. §. 1. ℥. de Caſtrenſianis. h. l. tit.* 26. 24 Al. *deeſt.* 25 Libellus eſtne de ſubſtantia judicii? Negat Azo. *arg. cauſ.* 11. *quæſt. 1. can. ſi quis cum clerico.* 45. *cap. prout.* 4. *extr. de dolo.* cum poſſit expreſſo pacto remitti, *ut hic.* Alii contra putant libellum ad judicii ſubſtantiam pertinere. *Authent. offeratur. ſupr. de litis conteſt. cap. 1. x. de libelli oblat. cap. quoniam contra.* 11. *extr. de probat.* nec remitti ullo modo poſſe. ſunt & qui putant tacite remitti poſſe, non expreſſe, *arg. l. 2. §. ſed quia.* 4. *Cod. de juram. calum.* Alii in vilioribus cauſis omitti poſſe exiſtimant, *argum. hujus l.*

26 Peculii caſtrenſis jus datur omnibus in palatio militantibus, in iis, quæ tempore militiæ adquiſiverunt, vel ex donis principum, vel ex ſua parſimonia, ſive tempore ipſius militiæ, ſive ea completa. *Syn. Baſil.* 57. *tit.* 8. *ex lib.* 55. *tit.* 2. *c.* 21. 27 In actibus. 28 Eruditis.

29 *L. 6. C. Th.* 36. περὶ ἀξιωμάτων ἱππέων, καὶ περὶ ἀποεπαρχῶν, de dignitatibus equitum & expræfectis. *Syn. Baſil.* 6. *tit.* 35. 30 *l. unic. C. Th. hoc tit.*

31 *L. 6. C. Theod.* 37. 32 *Al.* Conſtantinus A. 33 *l. un. C. Theod. hoc tit.* 34 *Præfectiſſimi* dicuntur præſes Arabiæ, *l. 4. C. Theod. de pœnis.* & Dalmatiæ a Mariano, & magiſter cenſus, *l.* 30. *ſupr. de epiſc. & cler.* & primicerii ſcriniorum, *l. 7. ℥. de pal. ſacr. larg. l. 7. C. Theod. de privil. eor. qui in ſacr. pal. mil.* & olim duces auctore Marcellino *lib.* 21. Erat & *Egregiatus* quædam dignitas, *l. 1. C. Theod. de murileg. l. 1. Cod. Theod. de hon. eod.* Mod.

35 De decurionum filiis, *l.* 2. colonis ſaltuenſibus, *l.* 3. curialibus cohortalibus, *l.* 4. ſervis, *l. 6. l. 7. infr. h. t.* Quid hæretici? placet ſummopere, quod ad Chriſtianos milites pertinet precationis formula militibus a Conſtantino in hanc ſententiam præſcripta: *Te unum Deum novimus, te agnoſcimus regem, te opitulatorem invocamus. Tu victoria noſtra es: per te hoſtes vincimus. Tibi accepta ferimus bona, quibus fruimur, omnia. Reliqua abs te uno expectamus, te ſupplices precamur, ut Conſtantinum, principem noſtrum, ejuſque filios diutiſſime ſerves incolumes.* Euſebius 4. *de vita Conſtantini.* Hæc magnus Imperator: cujus exemplo optabile eſſet, ut qui armato præſunt, formulam precandi ſimilem aliquam præſcriberent. neque ἄθεοι plane milites eſſe ſinerent. 36 Vide *l. 6. l. 7. infr. h. t.* 37 Litis cauſa militiam appetere non licet. *l. 5. ff. ex quibus cauſis majores. l. 91. ff. de heredibus inſt.* adde Petr. Fabr. 1. *ſemeſtr.* 20. 38 *Al.* Alexander. 39 Fraude.

De cohortis, & ſaltuenſibus.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. [1] * Mag. utriusque militiæ.

CUra pervigili obſervare debebit ſublimitas tua, ne coloni, vel ſaltuenſes, aut ultro ſe offerentes ad militiam ſuſcipiantur armatam [2], aut cogantur inviti.

De curialibus, & cohortalibus.

4. Imp. LEO A. Dioſcoro.

OMnes omnino curialis, vel cohortalis conditionis conſtituti nullam armatam militiam in poſterum arripiant.

Ut nemo duplici militia, vel dignitate, & militia ſimul utatur.

5. Imp. JUSTINIANUS [3] A. * Mag. Offic.

HIs [4] quidem [5] quibus indultum hactenus demonſtratur, quo binis [6], aut ternis, pluribusve mereantur [7] cingulis, non conjunctis ex priſca conſuetudine, ſed abſectis [8], atque diſcrepantibus, detur electio, quem retinendum ſibi potius cenſeant, quem deferendum cognoſcant: ut in eo, quod optaverint [9], firmiter maneant: eo, quod deſpexerint, ſine dubitatione repellantur. In poſterum vero nemini prorſus facultas pateat eodem tempore plus quam unius ordinis nomen affectare: interdicendis in commune cunctis (ut dictum eſt) binis pluribusque militiis, nec dignitatem conjungere cuilibet alii cingulo concedendis [10], ut & qui ſupplicandum de re vetita nobis exiſtimaverint, pœna decem librarum auri pro temeritate quamvis infructuoſa plectantur: & qui ſuſceperint juſſionem Auguſtam per ſurreptionem elicitam (quod nonnunquam contingit) decem librarum auri multa feriantur, ſcriniis etiam, necnon officiis, quorum hoc interiit, ſi non reſtiterint, & [11] hanc pragmaticam legem abjecerint [12], decem librarum auri [diſpendio] puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur, ſciant omnes, quod extra [13] conceſſum admiſſum eſt, aut actum fuerit, vel notis conſcriptum publicis, ſimile habeatur, ac ſi nec impetratum nec pronuntiatum omnino, nec inſertum eſſet ullis matriculis: ſcituris etiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis, ſive civilibus adminiſtrandas provincias, ſeu gerendos quoslibet numeros, vel jam ſunt, ſeu de cætero fuerint juſſione noſtra ſortiti: & ut ſervetur eis gradus, Auguſta promeriti ſanctione parem indulgendam ſibi licentiam, poſtquam depoſuerint ſollicitudinem, aut in priori cingulo protinus perſiſtendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam ſollicitudo media præſtiterit: aut retinendi ſplendorem, quem acquiſierint adminiſtrationis obtentu: verum priore cingulo deſiſtendi. Monente [14] tamen innata nobis clementia, liberum eſſe cunctis perſpeximus [15], ſi militia, quæ dependendum eſt, inter [16] eas habeatur, quas volentibus [17] licet diſtrahere: & in alios eam conferendi, & pretia conſequendi: prout in iisdem agminibus conſueverit hactenus: excipiendis [18] videlicet, nec deducendis in hanc perpetuo conſervandam legem pragmaticam his, qui binas militias ſimul [19] compoſitas, & ſociali nexus conſortio fuerint adſecuti: ut in Viris Devotiſſimis [20] Scholaribus, atque candidatis fieri moris eſt: necnon in viris Devotis Laterculenſibus, & Pragmaticariis, vel a ſecretis contingit: quos memoriali, aut etiam agentium in rebus adcretis cingulum [21], & ſi quid ſtipendiorum junguntur copula.

De ſervis.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SUper [22] ſervis, qui poſtea ad quandam militiam adſpirare tentaverint, vel ſcientibus, vel ignorantibus dominis, præcipimus, ſiquidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem Judicem, & ſuam ignorantiam [23] [eo [24] quod contrariam minime probatur] oſtendere, eoque modo ſpoliatos eos militia in ſuum dominium trahere [25]. † Sin [26] vero ſcientibus [27] his ſervi militarint, cadere quidem eos, non tantum dominio eorum, ſed etiam omni patronatus jure: illos vero ingenuos effectos, ſi quidem utiles ad militiam eis datam viſi fuerint, in ea durare: ſin vero minime idonei ſint, ea privari. Super illis autem ſervis, qui jam militaverunt, & adhuc in eadem militia perſeverant, licentiam dominis intra triginta dierum ſpatium ab [28] eo tempore connumerandorum, quo præſens ſanctio divulgata fuerit, vel noſtram adire clementiam, vel competentes judices, & ſuam ignorantiam [29] commendare, eoque in ſuum dominium recipere. Quo tempore tranſacto, ſimili modo, tam dominio, quam omni patronatus jure cadere eos neceſſe eſt.

1 Al. Diocl. & Maximian. AA. 2 Armari, aut. adde l. 19. ſupr. de agric. & cenſit. l. 11. tit. 47. 3 Al. Juſtinus. [illegible]

7. Idem A. Joanni P. P.

SI [30] quis [31] ſervum ſuum dignitatem habere, quemadmodum militiam, fuerit paſſus: ſpolietur, & dominio ſervi, & jure, quod pertinet [32] ad patronos. *Cui enim ferendum eſt, homines a noſtra manu donationes accipientes, adhuc inter ſervos haberi, & forte cum ſuis dominis noſtram purpuram adorantes?* In his itaque caſibus, in quibus non militia, ſed dignitas, volentibus dominis, ſervis acquiritur, eadem jura ſerventur [33], quæ antea poſita ſunt: ne videatur noſtra ſanctio aliquid habere imperfectum. † Sciant autem domini ad exemplum præteritæ noſtræ conſtitutionis, quæ de hujusmodi ſervis loquitur, quod niſi hoc intra triginta [34] dies, ex quo eis hoc fuerit notum, manifeſtaverint, & competentem judicem adierint, & ſpoliare eos dignitatibus curaverint: dominium eorum, & jus patronatus amittant: nobis deliberantibus, poſtquam dominio ſervi fuerint liberati, & litæ ingenuos [35] connumerari, ſi oporteat eos habere dignitatem, vel ea quaſi indignos [36] ſpoliari [37].

Ne quis duplicem habeat militiam.

8. Conſtitutio deſideratur. Ejus ſententia ex lib. 57. Baſil. hæc eſt docliſſ. Cujacio referente.

HÆc conſtitutio Græca confirmat primam conſtitutionem hujus tituli, qua cavetur, ne quis eodem tempore duas militias habeat, adjiciens, ne quis alias militiam habeat, & præterea tribunis notariis adnumeretur: & exigit, ut apud acta quisque deponat, utrum malit dignitatem, an militiam. Et in eam rem ſtatuit tempus trium menſium intra quos ex quo præſens conſtitutio promulgata fuerit, adeat quisque in urbe Comitem privatarum, in provinciis præſides, & ſuam voluntatem exponat. Quo tempore elapſo, præcipit Conſtitutio, ut ſi plures habeat militias, unam tantum retineat: ſi militiam & epiſtolas tribunorum notariorum, tribunus tantum maneat: ſi militiam & Comitis dignitatem, militiam amittat, dignitatem [38] Comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente: Quod ſi quis militiam habens fiat præſes provinciæ, & ut ſibi gradus ſervetur a principe promeritus ſit, jubet Conſtitutio tunc gradum ei militiæ ſervari, nec uti eum dignitate ex provinciæ adminiſtratione conquiſita. Quod ſi quidam utramque retinere ſtudeant, & forte duplici militia utantur, utramque amittunt. Definit & in eosdem pœnam viginti librarum, etiam ſi ſacram formam huic Conſtitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in præſides, qui eam ſuſceperint.

TIT. XXXV.

NEGOTIATORES [39] NE MILITENT.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOs, qui vel in hac alma urbe, vel in provinciis cuidam [40] ergaſterio præſunt, militare de cætero prohibemus, exceptis argenti diſtractoribus, qui in hac alma urbe negotiantur. Hos enim utpote utiles omnibus [41] contractibus, armata quidem militia penitus abſtinere ſancimus: aliam vero quamcunque ſine metu præſentis ſanctionis poſſe ſibi acquirere. † Si qui vero negotiatores [42], quos omni militia prohibuimus, jam militarunt: eis licentiam damus negotiationem quidem relinquere, militiam vero retinere: ſcientibus quod ſi poſtea negotiantes appareant, militia privabuntur. Quod & in argenti diſtractoribus hujus almæ urbis, ſi armatam militiam jam ſortiti ſunt, tenere volumus: ut relicta negotiatione liceat eis in eadem militia [43] durare. Negotiantes [44] etenim poſt hanc ſanctionem, hujusmodi militia privabuntur: illis, qui ad armorum extructionem ſuam profeſſionem contulerint, minime prohibendis ad competentem ſuæ profeſſionis venire militiam, & hujusmodi negotiationem nihilominus retinere.

TIT. XXXVI.

DE RE [45] MILITARI.

De poſtliminio.

1. Imp. ANTONINUS A. Annæ militi.

STipendia & donativa temporis, quo apud hoſtes fuiſſe te dicis, reſtitui tibi poſtliminio regreſſo [46] reſtitutoque, non jure deſideras.

De his, qui 20. ſtipendia impleverunt.

2. Idem A. militibus cohortis primæ.

VIgìnti [47] ſtipendia ſi impleſtis, ſordida munera [militiæ [48]] vobis non indicentur.

29 Innocentiam. 30 *Synopſis Baſil. d. tit.* 1. *cap.* 41. vide *l.* 11. *ff. de re milit. l.* 6. *ſupr. h. t.* 31 Dominus patiens ſervum in dignitate eſſe, privabitur dominio, & jure patronatus. *Bart.* 32 Pervenit. 33 Reſerventur. 34 Militiam adeptus ſervus ignorante domino, ſi militare eum poſtea compererit dominus, neque infra dies triginta a domino revocatus fuerit, in poteſtate domini eſſe deſinit: neque libertus fit, ſed ingenuus, *ut hic. l.* 6. *ſupr. h. t.* Spatium autem illud triginta dierum non omnibus ſervis præſcribitur, ſed iis, qui tempore conſtitutionis ſextæ Ꞩ. *h. t.* militabant, non iis, qui poſtea militaverint: quod & Latinos & Græcos interpretes non animadvertiſſe notat Cujac. *c.* 1. *de tempor.* adde quæ ſcripſi ad *leg.* 7. *in fin. ff. de publ.* 35 *d. l.* 6. *hoc tit.* 36 Indigni ſunt. 37 Expoliari. 38 Τὴν ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος, id eſt, dignitatem Comitis conſiſtoriani, quanquam & is Comes ſit primi ordinis, ſic *Nov.* 13. ἢ τῶν περιβλέπτων κομήτων τοῦ ὑψηλοτάτου βήματος ἢ τῶν λαμπροτάτων. vide Cujac. 7. *obſ.* 10. 39 Al. *De negotiatoribus ne, &c.* Militare negotiatores prohibentur, *ut hic*, ut & ſervi, vide *l.* 6. *l.* 7. Ꞩ. *tit. pr. l.* 11. *ff. de re milit.* vide Sidonium primo *epiſt.* adde Forner. 2. *ſelect.* 3. 40 *l.* 6. Ꞩ. *de dignitatib. l.* 1. *ſupr. de præpoſitis agentium in reb. h. l. tit.* 21. *l.* 12. *in fin.* Ј. *de cohortalib. h. l. tit.* 58. 41 Omnium. 42 De negotiatorum utilitate & prohibita militibus negotiatione, vide Forner. 2. *ſelect.* 3. 43 Provincia. 44 Negotiatores. 45 *L.* 7. *C. Theod.* 1. *L.* 49. *D.* 16. 46 Reverſo. *Goth.* Accipienda eſt hæc lex non de ab hoſtibus capto, qui ſi redierit, non expungitur ſtipendiis & donativis, *l. pen. ff. h. t.* ſed de transfuga militiæ a Principe reſtituto, qui non accipit ſtipendia & donativa ejus temporis, quo apud hoſtes fuit, *l.* 5. Ј. unde conſtat errare Bartol. qui non videtur ſatis conſideraſſe τὸ *reſtitutoque.* Mod. 47 *l.* 9. Ꞩ. *quando provocare.* Qui viginti annis militavit, a ſordidis muneribus immunitatem conſequitur. *Syn. Baſil.* 57. *tit.* 3. *c.* 2. Ita militiæ juſtum tempus viginti anni (Idem etiam tempus civilium munerum vacationem præſtat.) Juſtum, inquam, tempus militiæ 20. anni, *ut hic.* & *l.* 9. Ꞩ. *quando provocare, l.* 1. *ſupr. de excuſat. veteran. l. ult. ſupr. de his, qui non impletis ſtipend. l.* 10. *tit.* 54. Idem etiam beneficium Pannonicis legionibus datum a Tiberio. *Dion.* 57. antea annis 25. 9. Iſid. 1. Servius 2. *Æneid.* Sub Auguſto annis 12. Prætoriani militiæ adſtricti. *Suet. Tacit.* 1. *Dion.* 54. Atque ita reſtringi poteſt formula ſacramenti, quæ extat apud 2. Vegetii, ſcil. qua milites jurant, ſe militiam nunquam deſerturos. Non tantum autem vicennio, ſed vel valetudine, vel ætate indulgentia, vel miſſio impetrabatur. *l.* 2. *ff. de veteranis.* 48 *Al. deeſt.*

De

De ignominioſa miſſione.

3. Idem A. Juliano.

[MIlites] ignominia [1] miſſi cum infamia notentur: nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus [2] deferri ſolent, uti poſſunt, habeant autem morandi, ubi velint, poteſtatem, præterquam in eis locis, in quibus ſpecialiter arguentur [3].

De deſertoribus.

4. Imp. ALEXANDER A.

DEfunctorum [4] in deſertione [5] bona confiſcari divus Marcus, & Antoninus pater meus conſtituit.

5. Imp. GORDIANUS A. Valentino, & aliis militibus.

CUm allegatis ſeptem annos in deſertione egiſſe maritum ſororis veſtræ, & indulgentia noſtra eſſe reſtitutum: non recte deſideratis, ut id tempus, ac ſi in caſtris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad deſertores pertinet, reſtitutus ex indulgentia noſtra, reſiduo militare debebit: ideoque nec [6] ſtipendia temporis, quo in deſertione fuerit, exigere poterit.

De cauſaria miſſione.

6. Idem A. *

SEmel cauſaria [7] miſſis militibus, inſtauratio non ſolet concedi [8] obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quando non temere dimittantur, niſi quos conſtet medicis [9] denunciantibus, & Judice competente diligenter examinante, vitium contraxiſſe.

De militari, vel paganico delicto.

7. Idem A.

FRuſtra vereris, ne nota, quæ propter delictum militare interceſſit, exiſtimationem tuam jam veterani læſiſſe videatur: maxime cum nec ex eo delicto, quod in paganorum poteſt cadere perſonam, notatos milites, poſt miſſionem placuerit eſſe famoſos.

De cauſaria miſſione.

8. Imp. PHILIP. A.

CAuſaria [10] miſſus, nulla exiſtimationis macula adſpergitur.

De eo, qui barbaris prædandi facultatem dedit, vel cum eis prædam diviſit.

9. Imp. CONSTANTINUS A. & Cæſar. *

SI quis [11] barbaris [12] ſcelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, vel ſi quis alio modo factam diviſerit, vivus [13] comburatur [14]. Dat. 4. Kalend. Maji, SEVERO & RUFINO CONSS.

De familiæ appellatione.

10. Idem A. Titiano P. P.

QUicunque militum ex noſtra auctoritate familias ſuas ad [15] ſe venire meruerint, non amplius quam conjuges, liberos, ſervos etiam de peculio caſtrenſi emptos, neque adſcriptos cenſibus, ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. Dat. 3. Kal. Jun. LIMENIO, & CATULINO CONSS. 349.

Ut tribuni, vel milites in manſionibus ſolitis maneant.

11. Impp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P. P.

TRibuni [16], vel milites nullam [17] evagandi per poſſeſſiones habeant facultatem: ſed cum ſignis propriis in manſionibus ſolitis ac publicis maneant. at ſi quis tam neceſſaria ſcita contempſerit: de eo, ac tribuno ejus ad noſtram ſcientiam Rectorum, ac Defenſorum relationibus protinus referatur, quatenus ſeveriſſime in eos animadvertatur. Dat. 4. Id. April. CP. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

Si exercitus in ripa conſiſtat.

12. Iidem AA. Richomeri comiti & Magiſtro utriusque militiæ.

CUm [18] ſupra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo conſiſtit: ideo provida auctoritate decernimus, ut nullos omnino immundo [19] fimo ſorditatis fluentis commune [20] poculum polluat: neve abluendo equorum ſudores [21] deproperans publicos oculos nudatus inceſtet, ſed procul a cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluviorum hoc ipſum faciat.

Ne milites ſibi vacent, vel aliena obſequia peragant ſine nutu principis. 1. De acceſſu ad Comitatum. 2. De militibus vagis.

13. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Romuliano P. V.

NEmo [22] miles ex his, qui præſentes divino [23] obſequio noſtræ clementiæ deputati ſunt, & qui in hac alma [24] urbe præſente [25] Comitatu conceſſi ſunt, quive de aliis numeris, vel legionibus ſunt, vel [26] ſibi vacet, vel aliena [27] obſequia ſine nutu principali peragere audeat: qui autem in hujusmodi facinore fuerint convicti: militia exuti pœnas conſentaneas luere compellantur: hi vero, qui in privato obſequio militem retinere fuerint reperti, quinque libris auri multæ nomine feriantur. §. 1. Si vero quisquam miſſus a numero [28], vel a Tribuno ad Comitatum Serenitatis noſtræ pervenerit, (aliter enim eos hoc facere vetamus) illico ſe viris illuſtribus comitibus ſub quorum regimine conſtituti ſunt, offerre feſtinet: & cauſas profectionis exponat: ut & reſponſum cœleſte mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem.

§. 2. Si [29] quos autem milites per Provincias relictis propriis numeris paſſim vagari [30] præſides earum cognoverint, correctos [31] facient cuſtodiri, donec de his clementiæ noſtræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat decernamus. Dat. Kal. Febr. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De militibus a numeris ad alios numeros non transferendis.

14. Iidem AA. Stilichoni magiſtro militum.

COntra [32] publicam utilitatem nolumus a numeris ad alios numeros milites noſtros transferri. Sciant igitur Comites, vel Duces, quibus regendæ militiæ cura commiſſa [33] eſt, non ſolum a Comitatenſibus [34] ac Palatinis [35] numeris ad alios numeros milites transferri non licere: ſed ne ipſis quidem [36], [ſeu de Comitatenſibus legionibus, ſeu de caſtris riparenſibus [37] caſtrenſianis,] cæterisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam: niſi hoc Auguſta majeſtas publicæ utilitatis gratia fieri juſſerit: quia honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad unumquemque convenit devenire: quod ſi quis contra fecerit, per ſingulos milites ſingulas auri libras a ſe noverit [38] exigendas. Dat. 14. Kal. April. *Mediol.* STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

Quibus rebus milites vacare debent.

15. Imp. LEO A. Aſpari Magiſtro militum.

MIlites [39], qui a republica armantur & aluntur, ſolis debent utilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui, & cuſtodiæ animalium, vel mercimoniorum quæſtui, ſed propriæ muniis inſudare militiæ, nullum præterea ex militibus poſthac prædictis obſequiis vacare magnitudo tua patiatur: ſed frequentes in numero ſuo eſſe jubeat: ut armorum quotidiano exercitio ad bella ſe præparent. Quod ſi quis ex militaribus Judicibus ullos militum tam divinis quam regiis, vel privatis domibus ac poſſeſſionibus, diverſisque aliis obſequiis contra interdictum ſerenitatis noſtræ crediderit deputandos: ſciat ſe ab [40] eo, qui contra vetitum fecerit, & ab eo, qui auſus accipere militem fuerit, per ſingulos milites ſingulas libras auri protinus exigendas. Dat. prid. Non. Jul. CP. LEONE A. CONS. 458.

Milites civilem curam non debent adſumere. Bart.

16. Idem A. Dioſcoro.

MIlitares Viros, civiles [41] curas arripere prohibemus: aut ſi aliquam hujusmodi ſollicitudinem forte ſuſceperint, & militia ſtatim & privilegiis omnibus denudari decernimus, formidantibus his motum noſtræ ſerenitatis, qui temeritate ſaluberrimis ſtatutis obviam ire tentaverint.

Milites fieri per probatorias Principis tantum.

17. Imp. ZENO A. * Magiſt. milit.

NEminem in ullo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, ſine noſtri numinis [42] ſacra probatoria in poſterum ſociari concedimus, conſuetudine quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ Magiſteriæ poteſtati, vel Ducibus probatorias [43] militum facere, vel militibus adjungere licentiam tribuebat: ut hi tantum in numeris vel limitibus militent, qui a noſtra divinitate probatorias conſequuntur. Viros autem Eminentiſſimos pro tempore Magiſtros militum, nec non & viros Spectabiles Duces, ſi ſupplere numeros pro his, qui fatalibus ſortibus decreſcent, neceſſarium eſſe putaverint, veritate diſcuſſa, per ſuggeſtionem ſuam noſtræ manſuetudini declarare, qui, & quanti, & in quo numero vel limite debeant ſurrogari: ut ita demum, prout noſtræ ſederit majeſtati, divina ſubnotatione ſubnixi militiam ſortiantur: officio quod [44] tuæ ſublimitatis actibus obſecundat, centum librarum auri diſpendio feriendo, ſi ex aliqua parte, quæ ſtatuit noſtra ſerenitas, fuerint violata.

De Judicibus militum, & controverſiis dirimendis.

18. Imp. ANASTASIUS A. Joanni Magiſt. milit. præſentalium [45].

1 *l.* 1. *l.* 2. *§. ignominia.* 2. *ff. de his, qui notantur, l. unica ſupr. de infam. l.* 10. *tit.* 57. *l.* 2. *ſupr. de dignitat.* 2 Omnibus. 3 *Arcentur*, Cujac. & ita legitur in *lib. Aured. & Dionyſ.* 4 Si quis foſſati (Græcis eſt φωσσάτου) deſertor factus, mortuus fuerit, bona ejus confiſcantur. *Synopſ. Baſil. ibi c.* 4. 5 *l.* 1. *ſupr. ſi reus vel accuſator mortuus.* 6 *l.* 10. *§.* 1. *ff. h. t.* 7 Vide *l.* 38. *§.* 1. *ff. de milit. teſt. l.* 8. Ј. *hoc tit.* 8 Non ſolvuntur enim militia milites ob adverſam valetudinem, niſi denunciarint archiatri perpetuo eos vitio laborare. unde non mirum, ſi ex hac cauſa dimiſſi non temere reſtituuntur militiæ. vide porro Cagnol. *in proœm. ff. ad princ. num.* 32. Doct. ad *c. propoſuiſti. de probat.* Guid. Papæ *ſing.* 491. Bolog. *conſ.* 5. Marſil. *ſing.* 127. Sylvam Nuptial. *l.* 3. *num.* 6. *ante fin. cum ſeq.* Mod. 9 Probatio eſt infirma medici referentis e vulnere & cicatrice vulnerati, niſi judex vel adſeſſor in acta juſſerit referri, medicum, re tota diligentius explorata, de vulnere retuliſſe. vide Corſet. *ſing. Medicus.* 10 Cauſaria miſſio quid? adde *l.* 6. Ꞩ. *h. t. l.* 2. Ꞩ. *de his, qui non impletis ſtipend. l.* 10. *tit.* 54. *l.* 8. *§.* 5. *ff. de excuſ. tut.* 11 *C. Theod. l.* 7. *t.* 1. *l.* 1. 12 Barbari dicuntur, qui Romano Imperio non parebant. *l.* 26. Ꞩ. *de Epiſcop. & cler.* Sic & in *l.* 6. *in fin. ff. de bon. damnator.* S. L. 13 Κεφαλικῶς τιμωρεῖται hac ſententia. Qui hoſtes provocat, aut hoſtibus Romanos tradit, capitali pœna adficitur. 6. Harm. 8. Porro de ignis ſupplicio & vivocomburio dixi ad *l. unic.* Ꞩ. *de Nili aggerib.* 14 *Amburatur*, *in C. Theod.* 15 *l.* 3. *C. Theod. hoc tit.* vid. *l.* 26. *§.* 1. *ff. de pactis dotalib.* milites, quibus permittitur familias ſuas ad ſe vocare, nonniſi uxores, liberos, ſervosque ſuos caſtrenſes, vel accerſere, vel circumducere poſſunt, ut hoc ex loco ſervemus, militibus interdum licuiſſe ſuas conjuges circumducere & comites habere, *ut hic*, quod & præſidibus & magiſtratibus Romanis permiſſum Senatusconſulto quoque. *l.* 4. *§. proficiſci.* 2. *ff. de offic. proconſ.* ſic Apoſtolis licuit ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν. 1. *Cor.* 9. *v.* 5. ut ad milites revertar, eorum uxoribus id privilegium datum eſt, ut iisdem privilegiis, quibus milites donati ſunt, defenderentur. *l.* 2. Ꞩ. *de uxoribus militum.* Interim hic quoque notandum, bonos principes mulierum, puerorum & ſervorum multitudine, ut & luſtris ac lupanaribus impedimenta militaria onerari noluiſſe. His addenda, quæ de focariis militum alias dixi. 16 *l.* 12. *C. Th. hoc tit.* 17 Vid. *l.* 13. *in fin.* Ј. *h. t.* 18 *l.* 13. *C. Theod. h. t.* Quoties ad ripas legiones conſiſtunt: nemo militum flumen ſordibus inficere (Græci ῥυπῶσαι) audeat: aut in oculis commilitonum nudari, ſed infra tentoria ſua equos abluat. *Synopſ. Baſil. ib. c.* 13. quod ſummo ſane pudore factum, quodque nobis hodie probro eſt: in militibus etiam nudata corpora principes non tuliſſe, qui ſumma inverecundia nudos omnimodo in publicis fluviis lavari æſtate ſinimus & ſpectamus. 19 Vid. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de extr. criminib.* 20 Commune poculum appellat ipſa flumina, quorum uſus omnibus patet. 21 Sudore. 22 *l.* 17. *C. Theod. hoc tit.* 23 Diurno. 24 Clara. 25 *Al. præſentes eſſe comitatus.* 26 *l.* 15. *l.* 16. *infr. h. t. l.* 31. *ſupr. de locato.* Forn. 2. *ſelect.* 3. 27 Miles aliena negotia ſine nutu, id eſt, permiſſu principis tractare non poteſt. 28 Numerario. 29 *l.* 11. Ꞩ. *hoc tit. l.* 4. *in fin. ff. hoc tit.* 30 *l.* 16. *C. Theod. h. t.* 31 Correptos. 32 *l. ult. C. Theod. h. t.* 33 Conceſſa. 34 Comitenſibus. 35 *l.* 7. *ſupr. de palatinis h. l. tit.* 24. *l.* 2. *ſupr. de heredit. dec.* 36 *Pro incluſ. leg.* pſeudo-comitatenſ. legionibus ſeu de caſtris riparenſibus caſtrenſianis. *ſic* Cujac. *lib.* 1. *obſ.* 25. Cont. 37 Riparenſes, qui in limitibus Imperii excubabant contra Barbaros. *Alc.* 38 Vid. *ad hanc legem* Flor. *de poſt. hum.* & Ambroſ. 1. *offic.* & *conjunge l.* 31. Ꞩ. *de locat.* 39 Vid. *l.* 13. Ꞩ. *hoc tit. l.* 4. Ꞩ. *de offic. magiſtri militum.* 40 Sciat & ab eo. 41 Militibus civilia negotia mandari non debent, *l.* 13. *in pr.* Ꞩ. *hoc tit.* 42 Nominis. 43 Miles fieri debet per probatoriam principis tantum, non per probatoriam magiſtrorum militum vel ducum. 44 Quod in. 45 Præſentales milites, qui ex præſenti comitatu, cujus appellationis duo magiſtri militum fuere, teſte Marciano. Ita magiſterium præſentale. Marcellinus Comes: magiſtratus in præſenti dixit Chariſius. *l. ob carmen.* 21. *§.* 1. *ff. de teſtib.*

Tam